

*Serva mandatum usque in adventum Domini.*

Léctio Epístolæ primæ beāti Pauli apóstoli  
ad Timótheum

6, 11-16

- <sup>11</sup> **O** homo Dei, sectáre iustítiam, pietátem,  
fidem, caritátem, paciéntiam, mansuetúdinem.
- <sup>12</sup> Certa bonum certámen fidei,  
apprehénde vitam ætérnam,  
ad quam vocátus es,  
et conféssus es bonam confessiónem  
coram multis téstibus.
- <sup>13</sup> Præcípío tibi coram Deo, qui vivíficat ómnia,  
et Christo Iesu,  
qui testimónium réddidit sub Póntio Piláto  
bonam confessiónem,
- <sup>14</sup> ut serves mandátum sine mácula irreprehensíbile  
usque in advéntum Dómini nostri Iesu Christi,
- <sup>15</sup> quem suis tempóribus osténdet beátus et solus potens,  
Rex regnántium et Dóminus dominántium,
- <sup>16</sup> qui solus habet immortalitátem,  
lucem hábitans inaccessíblem,  
quem vidit nullus hóminum nec vidére potest;  
cui honor et impérium sempitérnum.  
Amen.

Verbum Dómini.